

**3415** Herculi | Tiburt. vict. | et ceteris dis | praet. Tiburt.<sup>1</sup> | L. Minicius | Natalis<sup>2</sup> | cos., augur, | leg. Aug. pr. pr. | provinciae | Moesiae infer., | vot. suscep.

*Tibure (XIV 5554 vidi). — 1) Dis praetoriis (?) Tiburtibus (Fortuna Praetoria est in t. Tiburtino XIV 5540). — 2) Cf. supra N. 4061. 5221.*

**3416** II. v. v. s.<sup>1</sup> | C. Iulius C. f. | Pal. Rufus | trib. militum bis, | fani<sup>2</sup> curator, | v. q.<sup>3</sup> ab aerario Saturni.

*Tibure, nunc Romae (VI 3544 vidit Henzen). — 1) Herculi victori votum solvit. — 2) Fani Herculis. Curatores fani Herculis Victoris Tiburtini, qui Romae senatorii ordinis honoribus functi erant, habes supra N. 4044 (not. 4). 4061 (not. 3). 4401 (not. 2). 4404. — 3) Viator quaestorius (cf. supra N. 1926 seq.).*

**3417** M. Caerellius | Iazemis<sup>1</sup> qq. | pistorum III | et perp.<sup>2</sup> et | codicarius, item | mercator | frumentarius | invicto | Herculi | ex voto d. d.

*Tibure (XIV 4254 vidit Gatti). — 1) Idem cognomen in titulo Magnesiae ad Maeandrum rep. Bull. de corr. hell. 1894 p. 40, simile VI 6476. — 2) Quinquennalis pistorum ter et perpetuus (scilicet post ter gestam quinquennalitatem honore perpetuae quinquennalitatatis a pistoribus exornatus), Ostiae puto.*

**3418** Herculi Victori | Certenciino (sic) | M. Aurelius Aug. lib. | Zoticus | nom.<sup>1</sup> a censibus | d. d. | Gregorius. | (In latere) dedicata id. Ian. | Iuliano II et Crispino | cos.<sup>2</sup>

*Tibure (XIV 3535 vidi). — 1) Nomenclator. — 2) A. 224.*

*Praeterea titulos Herculi invicto Tibure dedicatos dedimus supra N. 2642. 2706.*

**3419** L. Gemenio L. f. Pelt. .<sup>1</sup> | Hercole dono | dat lubs merito | pro sed sueq.<sup>2</sup> | Ede leigibus | ara Salutus<sup>3</sup>.

*Praeneste rep. a. 4882, cippus tofaeus (XIV 2892 imaginem dedit Stevenson bull. Inst. arch. 1883 ad p. 9). — 1) Lectionis non omnino certae. Ad Pel, quod certum est, adiunctae sunt in versu sequenti, scilicet ad hunc revocatae per lineolam obliquam, litterae duae, quarum prior videtur fuisse T, secunda fortasse fuit E vel D. Subest fortasse cognomen Geminii. — 2) Pro se suisque. — 3) Eodem, i. e. iisdem, legibus (dedicata est) ara Salutis.*

**3420** Q. K. Cestio. Q. f. | Hercole donu | [d]edero.

*Praeneste rep. una cum N. 3419 (XIV 2891 vidit Stevenson).*

**3421** L. Seius<sup>1</sup> C. f. | Hercolo | donum | dat Burus<sup>2</sup>.

*Prope Castelvecchio Subequo, ubi videtur fuisse Superaequum Paelignorum (de Nino Notizie degli scavi 1898 p. 76). — 1) Selus legit de Nino, sed delineatam quam edidit videtur etiam Seius admittere. — 2) Videtur cognomen Seii.*

**3422** M. C. Pomplio. No. f. | dedron | Hercole.

*Romae rep. in alveo Tiberis (VI 50898 = Notizie 1890 p. 55 viderunt Vaglieri et Huelsen).*

**3423** Publicia L. f., | Cn. Corneli A. f. uxor, | Hercole aedem | valvasque fecit eademque | expolivit aramque | sacram Hercole restitui. | Haec omnia de suo et virei (fecit)<sup>1</sup> | faciendum curavit.